



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Sidera errantia, Iignes fatui.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

ris regio terræ vicina, maria, terra, & in ea montes, rupes, saxa, metalla instar ceræ liqueſcent, & in primogenea ſua elementa reſolventur) ignis ardore tabeſcent (cùm enim omnia mixta ad uſum temporalis vitæ hominum condita ſint: eâ ceſſante, utpote nullius jam uſûs, ſuis ſingula reſtituentur principiis & elementis.

*Cæli & Terra nova.*

**N**ovos verò cælos, & novam terram ſecundùm promiſſa ipſius exſpectamus, in quibus *juſtitia habitat.* 2. Petri 1. Novos cælos intellige non ſecundùm ſubſtantiam, ſed qualitatem, nempe magis lucidos. Simili modo & novam terram, hoc eſt novo decore, puritate, fulgore & ornatu ſplendentem. Quòd, ſi jam parvuli ſine baptiſmo mortui in terra hac nova habitent, in qua per ſpecioſa iſta in terra nova & novis cælis ſemper excitabuntur ad Deum amandum ac laudandum; tunc & verificabitur illud, quòd *in terra nova juſtitia habitat.*

Descriptionem aliquam extremi judicii vide Pl. 97. & in Cant. Habacuc.

*Sidera errantia, Ignes fatui.*

**S**idera errantia, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum. Ep. Judæ v. 19. Et ignes fatui viatores in præcipitia deducentes ſunt ſeductores quoad fidem & mores: & ideò in tenebras ignis avernalis præcipitabuntur